deo collato cognoscere & iudicare de quocunq; peccato. Vnde beatus Paulus excommunicauit fornicatorem notorium. vt le= Beat⁹ Pau gitur primo ad Corinthios quinto. xxiiij. quest. vij. c. audiuitus. Ius excōis circa medium. Cum igitur peccata contingent circa actiones per cauit forni sonales hominum & circa contractus de omnibus his pertinet ad catorē nos ecclesiam iudicare: maxime si int̄etur actio per modum iniurię torium. vel cuiuscumq; alterius peccati tam inter laicos q̄ inter clericos vel inter laicū & clericū quicq; eorum sit actor vel reus. Nec in p̄dictis potest dici q̄ reus trahatur extra forū suum: quia omnes christiani inquātum christiani sunt pertinēt ad forum ecclesię vt supra dictum est. Et hoc est quod expresse dicitur in Canone. xi. quest. i. c. quācunq; vbi dicitur sic. Quācunq; contentiones inter christianos ortę fuerint ad ecclesiam deferantur: & ab ecclesiasticis viris terminentur. Et si obediē noluerint quousq; obediāt a liminibus ecclesię excludantur. Nec propter hoc eneruatur iuris dictionis principium secularium qui de actionibus & cōtractibus subditorum suorum: videlicet laicorum habent cognoscere & etiam iudicare: & quā p̄dicta iuris dictionis eis non aufertur nec impeditur. Si enim actor voluerit poterit reum trahere ad iudicium secularare & tunc iudex laicus cognoscet. Si autem vult eum trahere ad iudicium ecclesię potest p̄cipue intentando actionem in iurię vel peccati: quia quilibet laicus christianus est vtriq; iudicio Quilibet subiectus siue subditus. vni vt ciuis: alij vt christianus. Et quęli: xpian⁹ laic⁹ potestas potest in eum exercere iudicium suum: si ad illud cuius subditus euocetur. Sed in optione actoris est euocare reum ad hoc vel ad tus ē vtris illud iudicium: & non ad vtrumq; Et sic potest intelligi illud quod q̄ p̄tati & habetur in Decretis distinctione. xxij. capitulo primo. vbi dicitur tpali & spi q̄ Christus commisit beato Petro lura celestis imperij & terreni rituali. & qui hoc priuilegium Romanę ecclesię detrahit, in heresim labitur & hereticus est dicendus. Verum quā quis hoc sit ius ecclesiæ sibi a deo collatum, tamen ipsa non semper vfa est isto iure: nec vbiq; partim ad vitandum scandalum: ne putaretur q̄ ecclesia magis quereret emolumenū pecunie q̄ correctionem vitiorum: partim propter malitiam aliquorum tyrannorum in quo sum terris plures ecclesię sunt fundatę: qui propter suam violentiam potentiam non permiserunt ecclesiam vti iure sue. Sed in regno Franciæ christianissimo in quo fuerunt reges ecclesiæ Regnum deuoti a principio quo fuerunt christiani: ecclesia liberius vfa est francię iure suo: & tanto plus liberius quanto plus appropinquat se christianis di regni. Sic igitur patet p̄imum scilicet quantum extendit se simum.

jurisdictio spiritualis ad aliqua que videntur pertinere ad iurisdictionem temporalem. Quantum ad secundum scilicet quantum extendit se ex usu & consuetudine non potest uno verbo dici: quia non omnes ecclesie habuerunt nec habent eosdem usus & consuetudines. Sed quedam utuntur pluribus, quedam vero paucioribus. Verutamen si unus ille consistat circa actiones personales & contractus modo quo supradictum est, non est in hoc aquisitio iuris noui: cum hoc competit ecclesie iure suo, ut statim dictum est. Sed est executio iuris primi dati a deo: quod fuit forsitan quandoque impeditum & postea expeditum vel saltem non impeditum quantum ad executionem: vel est executio iuris prioris: quia nihil prohibet aliquid competere ecclesie dupliciti iure. Si autem unus ille sit circa actiones mere reales: ut dicitur esse in quibusdam ecclesijs paucis tamen. Sed dicendum est quod ad hoc consuetudo potest in talibus locum habere & dare iurisdictionem: sicut expresse dicitur extra de iudi. c. nouit. ubi dicitur sic. Non enim intendimus iudicare de feudo cuius ad ipsum scilicet regem spectat iudicium: nisi forte iuri communii per speciale priuilegium vel contraria consuetudinem aliquid sit detractum. Igitur per consuetudinem potest alicui acquiri ius cognoscendi & iudicandi de feudo alterius. Alioquin frustra ponere illa exceptio nisi forte. Et fortiori ratione potest consuetudo locum habere in alijs mere realibus non feudis. Iotas rones posui ego Petrus Bertrandi coram domino rege Philippo qui nunc est in illa psecutione quam habuit tunc ecclesia gallica: que tamen per dei gratiam sopia fuit sine scandalo.

Petr<sup>o</sup> ber<sup>r</sup> **C**Nunc restat videlicet quid competit ecclesie ecclesia pro ex speciali priuilegio seu concessione. Et notandum est Priuilegium proprium: esse illud quod continet specialem gratiam concessam alicui contra vel preter ius commune: & isto modo ecclesia non indiget priuilegio humano quantum ad iurisdictionem in spiritualibus & in delictis & in quibuscumque actionibus personalibus seu contractibus in quibus potest notari peccatum: quia haec habet a deo sicut patet ex his que dicta sunt in primo articulo huius questionis. Et ideo non indiget quod ab alio concedatur ei: sed quia execu<sup>tio</sup> huius iuris pluries & in pluribus locis impedita fuit. Si aliqui deuoti reges aut principes ordinauerunt & statuerunt quod ecclesia non impediretur in executione huius iuris, talis ordinatio potest largo modo vocari priuilegium: non ex eo quod conferat ius: sed quia priuilegia tollit impedimentum executionis iuris debiti. Et sive ecclesia gallica dicit se habere plura priuilegia a regibus francie sancto Lusan<sup>e</sup> a re douico & Philippo eius filio & fratre dicti Ludouici: qui omnes

per ordinationes & statuta sua prohibuerunt ne ecclesia impietas fradiatur in executione iurisdictionis que ei competit de iure vel de consuetudine. Rex etiam Francie in coronatione sua iurat seu promittit se seruaturum ecclesijs sui regni privilegii canonici: in quo quod praestat includitur quod seruetur iurisdictionem ecclesie: que competit ei non solum rex francie de iure sed de consuetudine: quia canones decernunt consuetudinem in sua confirmatione approbatam habere vim iuris. Et sententia ex communicationis feruntur contra impedientes iurisdictionem que competit ecclesie de iure vel de consuetudine antiqua: extra de immunitate ecclesie. c. qm<sup>o</sup> vt intelleximus lib. vi. **C**De iurisdictione autem in causis mere realibus quis ipsa competit quibusdam ecclesijs paucis tamen ex consuetudine ut supra dictum est. Tamen quod competit alicui ecclesie ex privilegio cuiuscumque principis vel domini temporalis ignoramus: aut vix concedo pro modo tempore: quia cum ipsis conetur auferre ecclesie iurisdictiones Principes nemquam habet a Christo in omnibus peccatis: & per consequentes in temporalibus causas omnibus actionibus circaquas potest intentari actio peccati. Vix natura est credibile quod ipsi dent sua quiconantur auferre aliena. Veritatem Theodosius & Carolus magnus imperatores temporibus suis omnia iudicia ecclesie cesserunt. vt habetur. xij. q. i. c. quicunque. &c. sequenti. Et allegatur per Inno. extra de iudi. c. nouit. quis postea talia fuerint abrogata. Et videtur circa hoc quod legitur & notatur extra de foro compendio. c. ex transmissa. &c. ex tenore. & quod notatur in dicto. c. licet. Et sic patet quod iurisdictionis spiritualis & temporalis possunt rationabiliter eidem personae competere: & quod sola iurisdictionis spiritualis extendit se ad omnes christianos tam clericos quam laicos quantum ad omnes actiones personales in quibus potest inueniri ratio peccati. Et sic usus est ecclesia in regno Priuilegium Francie: & est priuilegiata quod non impediatur ut iurisdictione in ecclesia gallica que competit ei de iure vel consuetudine.

**C**Ad rationes in oppositum respondendum est. Ad primam cum causa usque dicitur quod duas species eiusdem generis proximi non compatuntur se in eodem subiecto: ut homo & asinus: albedo & nigredo. Dicendum est quod ista ratio deficit in se & facientes eam contradicunt sibi ipsi. Deficit quidem in se: quia maior non est vera universaliter, sed solum in illis in quibus ex speciali ratione inuenitur repugnantia essendi simul. Verbi gratia. In omnibus naturis per se subsistentibus est repugnantia essendi in eodem subiecto: quia quilibet ex natura sua nata est constituere proprium subiectum suppositum ut homo & asinus. Item in oppositis est repugnancia ex natura oppositionis: & ideo in quocumque genere inuenitur oppositio inter alias species, omnes species illius generis sunt



incompossibiles sicut patet in albedine & nigredine & de omnibus coloribus medijs: quia omnes habent oppositionem inter se saltem imperfectam. His autem exclusis species generis proximi possunt esse simul in eodem: vt patet de virtutibus tam moralibus quam in intellectibus. Potest enim idem homo simul habere oes virtutes hō potest haec morales / temperantia / fortitudinem / iustitiam: & sic de alijs: immo qui bere oes habet unā perfecte & complete habet omnes: sicut patet ex. vj. c. Ethicorum. & in moralibus supra allegatis. Cū igitur potestas regis morales. ministram spiritualis quam temporalis innitetur vel saltē debeat inniti virtuti maxime prudētię & iustitię, quę debet esse in rectore: patet quod istę potestates decenter possunt esse in eadem. Item qui fecerunt istę rationem dixerunt quod episcopi & archiepiscopi qui habent ducatus / comitatus / & baronias ex fundatione ecclesiarum suarum vel ex propria hereditate seu ex acquisitione, bene possunt habere iurisdictionem temporalem: & constat quod habent temporale: ergo habent utramque simul. Igitur autem non sunt duas species eiusdem generis proximi, cuius oppositum dicunt in minore propositione. aut duas species eiusdem generis possunt simul esse in eodem subiecto: cuius oppositum assumunt in maiore propositione: & sic quocumque dato semper sibi contradicunt. ¶ Ad secundam rationem dicendum est cum dicitur quod in illa auctoritate domini. Matthei. xxij. Reddite que sunt Cesaris Cesaris: & que sunt dei deo. Innuit divisionem predictarum iurisdictionum: & distinctio personarum in quas cadant. sunt Cesa Dicendum est quod secundum veritatem textus euangelij intentio Christi Cesaris Cesaris si non fuit in illo loco facere distinctionem predictarum iurisdictionum nec signare personas in quas cadunt: sed respondere tenet intelligit. tatiue questioni Iudeorum: qui cum reputarent se solos esse de populo dei: alijs existentibus paganis & idolatriis, non credebant alii qui eorum quod tenerentur ad soluendum censum Cesaris pagano imperatori: sed immunes esse a censibus & tributis: quia vacabant cultui dei veri: & ideo cum herodianis qui erant de gente imperatoris venerunt ad Christum proponentes ei hanc questionem. Liceret dare tributum Cesaris an non: vt si diceret non, accusarent eum apud imperatorem. Si diceret sic, accusarent eum apud principes sacerdotum tanquam dicentem contralibertatem cultus dei. Iesus autem sciens nequitiam eorum ostendo sibi numeris mate cesus insculptu imagine Cesaris, respondit. Reddite que sunt Cesaris Cesaris: & que sunt dei deo. id est Cesaris censum sibi debitum: & deo cultum in oblationibus & sacrificiis secundum titulum legis. loquebantur ergo de redditione debitorum & non de divisione iurisdictionum aut personarum in quas cadunt. Sed dato fine veritatis prejudicio quod

loqueretur de divisione iurisdictionum: tunc secundum eorum expositionem per hoc quod dicitur. Reddite que sunt Cesaris Cesaris: & que sunt dei deo. intelligitur iurisdictio prelatorum. Sed constat quod iurisdictio est suprema & ad omnia se extendit: & ab ipso omnibus iurisdictio principium secularium dependet. Non enim potestas est nisi a deo. Ro. xiiij. ergo iurisdictio prelatorum: quam in terris exercet vice dei: est suprema inter omnes: & ad omnia se extendit: & ab ipsa omnibus alia iurisdictio dependet. quod aduersarij inuite conciderent. Nec ad presentis volumus hoc asserere simpliciter & absoluere. Sed tamen asserimus quod cum iurisdictio spiritualis: quam habet ecclesia a Christo respiciat finem ultimum: videlicet salutem spiritualis & eternam: propter quam acquirendam: & ne eam perdamus Christus talis ad predictam potestatem dedit ecclesię in beato Petro & successorib⁹ eius quę finem iurisdictio autem principium secularium se extendit solū ad bona & mala se extendat la presentis vita ciuilis: quę omnia inter christianos debet ordinari ad futuram vitam sicut ad finem. Consequens est quod spiritualis iurisdictio ecclesię se habet ad iurisdictionem secularis sicut ars quę considerat finem, se habet ad artem quę considerat illud quod ordinatur ad finem: puta militaris ad equestrem & equestris ad freni contractuani sive rectiuam. Constat autem quod ars quę considerat finem imperat arti quę considerat illud quod est ad finem: sicut ars militaris quę considerat victoriam imperat equestri: & si milititer est in alijs: vt dicitur primo Ethicorum: ergo potestas iurisdictionis spiritualis habet imperare potestatem iurisdictionis temporalis: & illi tenetur obediere in casu suo. Verbi gratia. Aliquis laicus iuste excommunicatus perecclesiam contemnit excommunicationem logo tempore nec vult redire ad gremium ecclesię: certe ecclesia potest precipere domino temporali sub cuius dominio excommunicatus manet quod compellat eum per captionem honorum & etiam personam si necesse fuerit, vt satisfaciat & redeat ad obedientiam ecclesię. Et si dominus temporalis recusat hoc facere potest & debet excommunicari. Vnde sanctus Ludouicus statuit quod si aliquis ordinatio maneret excommunicatus per annum quod compelleretur per gentes: belli Ludouites regias ad faciendum se absoluiri: & hoc in pluribus partibus regni contra Francię obseruatur quotidie. eos qui per  
¶ Ad tertiam rationem de Christo qui abiecit a se vt dicunt oem annui ex iurisdictionem temporalem: dicendum est quod qui dicit Christum eonicationem non habuisse oem potestatem secularis seu temporalem & spiritualis insordiuitate contradicit ei⁹ verbo, Matthei ultimo. c. vbi legitur Christus dixisse. Data est mihi omnis potestas in celo & in terra. Et Apocalypsis primo dicitur, Princeps regum terrae. Sed bene B. ij.

contingit q̄ habens potestatem & auctoritatem iurisdictionis: nō vtitur ea in propria persona: nec decet quātum ad omnia: imo minora debent committi minoribus / & mediocria medioctibus / & maiora supremis: sicut consultum fuit Moysi Exodi. xviiij. q̄ cōstitueret iudices qui minora & facilitiora iudicarent tantummodo: & difficultiora remitterent Moysi iudicanda. Et Apostoli dixerūt in actibus. vij. c. Non est equum nos derelinquere verbum dei & ministrare mensis. & per hunc modū Christus licet haberet omnem potestatem, tamen summum opus ad quod venerat fuit instituere nos de fide sua & de redemptione nostra per ipsum facie da: propter quod circa ista quasi totaliter vacauit/dimittendo minora quę per alios fieri poterant. Et ideo parvū pendit dictum illius qui petebat diuidi hēreditatem inter se & fratrem suum. Luce. xij. quia ad minores poterat recurrere. Fugit etiam cum populus vellet eum facere regem. Ioan. vij. c. propter duo. Primo quia cum ipse rex esset ex senectute hoc regnum habere ab hominibus neq; per homines. Secundo vt nobis qui puri homines sumus daret exemplum fugiendi honores mundi quando conferuntur intuitu comodi temporalis. Sicut turbe voluerunt Christum facere regem, quia paterat eos quinq; panibus & duobus pīscibus.

**Christ⁹ in  
hoc mun-  
do circa  
duo prīcī-  
paliter va-  
cauit.**

Turbe iu-  
deorū qua-  
re volue-  
runt Chri-  
stū facere  
regem.

**Christ⁹ pa-  
rum fuit  
vsus iuri-  
dictione  
seu ptate  
tpali.**

Quod autē dixit coram Pilato: Regnum meum non est de hoc mundo: non negauit propter hoc se esse regem: immo postea expresse concessit & confessus fuit. Nam cum Pilatus dixisset ei: ergo rex es tu: respondit. Tu dicas, quia rex sum ego. Ego enim in hoc natus sum & ad hoc veni in mundum, vt testimonium perhibeam veritati. Nec dixit regnum meum non est in hoc mundo cum regnum eius sit in celo & in terra: sed dixit regnum meum non est de hoc mundo: quia nec electione mundana nec successione humana fuit rex/ sed vnone beata: quāuis parum aut quasi nihil vsus fuerit iurisdictionē temporali. Et dico parvū: quia quād fecit flagellum de funiculis & eiecit ementes & vendētes de templo & nūmulariorum mensas euertit: videntur fuisse vsus potestate seu iurisdictione temporali. Vnde & Iudei dixerunt ei. Dic nobis in qua potestate hoc facis. Verū tamen quia principaliter veniat nos redimere & saluare quasi omnes actus eius versabantur circa eruditionem nostram: & pauci aut nulli circa exercitium cuiuscunq; iurisdictionis: non q̄ vtramq; potestatem non haberet: sed vt saluti nostrę totaliter intenderet: sicut dicitur. Ioā. iiiij. Non enim misit deus filium suum in mundum vt iudicet mundū: sed vt saluetur mundus per ipsum. Expleto autem sacramēto nostrę salutis per mortem Christi & eius resurrectionem: Christus com-

misit Petro regimen ecclesię tantū quātum necessarium erat & expediebat cum regimine ecclesię. Et quia vtraq; potestas tpalis & spiritualis est ad hoc necessaria: ideo vtramq; potestatem cōtulit Petro. Et de p̄tāte quidē spūali nullus christianus dubitat. De potestate autē temporali patet Actuū. v. c. vbi legitur q̄ Petrus damnauit iudicialiter Ananiā & Saphyrā pro criminis furti & mēdacijs. Raro autem aut nūs q̄ legitur alibi q̄ ipse Petrus fuerit vesus hac potestate temporali: quia propter paucitatem credētiū super quos fuit sibi data potestas: intentio Petri & aliorum apostolorū & discipulorū fuit ad cōuertendū alios ad fidē per p̄dicationem & miraculorū operationē: sicut dī Matthēi vltimo. c. Illi autē profecti p̄dicauerūt vbiq; dñō cooperante & sermonē cōfirmāte sequētibus signis. Multiplicatis autem fidelibus per conuersiōne gentilium tam principum q̄ subditorum: vere remāsīt vtraq; potestas vel remanere debuit apud ecclesiā. Quia cuī est iudicare de fine eiusdem est iudicare de ijs quę ordinantur ad finem: vt supra dictum est. Quod autem dicitur vltterius q̄ Christus soluit tributū: patet ex textu euāgeliū ibidem q̄ Christus nō soluit tanq; debitū: imo anteq; solueret declarauit Petro se non esse debitorē tributi. Soluit tñ ipsum ad evitandū scandalum: vnde dixit. Ne autē scandalizemus eos &c. Ad illud quod postea dī, Subiecti estote omni humanę creature &c. dicēdū est q̄ beat⁹ Petrus nō loquīt de subiectōe vni⁹ ad alterū quo ad iurisdictionē: quia sic oporteret quēlibet esse subiectū cuilibet quo ad iurisdictionē & ecōuersō quātū ad christianos: quibus oībus loquitur dīcēs. Subiecti estote oī humanę creature: qđ eīt absurdū: scilicet q̄ idē respectu eiusdem sit dīns & subditus. Sed loquitur de subiectōne quo ad meritum humanitatis q̄ apud oēs debet seruari: magis tñ respectu regū & ducū & aliorū qui in sublimitatē cōstituūt. Et sic respōdet & bene In no. extra de iudi. c. nouit. Ad aliud dicendū est q̄ tā sacerdotiū q̄ imperium sunt a deo per modum in p̄cedentibus expositum. Sacerdotium quidem vt p̄cesset diuinis & spiritualibus quātum est de prima & principalī intentione sacerdotij. Sed quia diuina & spiritualia perturbātur & q̄nq; impeditūt per abusum hoīm circatpales. Ideo ad sacerdotium secūdario & ex consequenti pertinet impedimenta & perturbationes tollere & impeditores ac perturbatores ferire gladio spirituali. Et isti sunt veri termini iurisdictiōis spiritualis & temporalis ecclesię quos transgredi nō licet: tpalis nō quia iurisdictionis temporalis nullo modo se extendit ad spiritualia: hil nouit de quib⁹ nihil nouit. Iurisdictionis vero spiritualis se extēdit ad actiōes despirituā hoīm circa tpalia: quę ordinātur ad spūalia tanq; ad finē: quatenus libus.

B. iiij.



abusus hominum circa ea potest impedire finem. Ad ultimum cum dicitur q; officia debent esse impermixta: alioquin sequetur confusio. Dicendum est q; illud habet locum quando plures intromittunt se simul de eodem negotio: quod non est in pposito: quia de spiritualibus nullus potest se intromittere nisi iudex ecclesiasticus. De temporalibus vero non intromittunt se simul iudex secularis & index ecclesiasticus: quia nullus proeadie causa debet simul trahi ad diuersa iudicia: sed in optioe actoris est recurrere ad vnum eorum: & ille solus habet tunc cognoscere de illo negotio & iudicare: & sic nulla est confusio.

**¶ Quarta Questio.**

 Varto quarto. Vtrum potestas spiritualis debeat dominari temporali. Et videtur q; non: quia iurisdictiones sunt distincte: vt in auctoritate: quod oportet episcopos &c. in principio. collatione cōsecra. distin. l. i. c. celebritate in fine. Non ergo papa debet se intromittere de potestate temporali: sed debet tempora dimittere imperatoribus regibus & alijs dominis temporalibus. viij. distin. c. quo iure argu. extra qui filii sunt legi. c. laetus. &c. causam. alias poneret falcam suam in messem alienam de elect. c. venerabilem: quod non est faciendum. v. q. iiiij. c. primo. Præterea scdm Hugo. Imperator a solo deo habet potestatem in temporalibus. Papa vero in spiritualibus: & si iurisdictiones sunt distincte: vt dicunt prime concordantie. Et licet imperator coronam recipiat a papa, gladium tamen ab altari recipit. xcij. distin. c. legimus. Et etiam ante fuit imperium q; apostolat. Propterea potestas spiritualis indiget temporali multotiens. xxij. q. v. c. ad ministratores. ergo non dominatur ei. Præterea si spiritualis dominaretur temporali haberet dominium temporalium. Sed dominium earundem rerum non potest esse simul & semel in solidum eodem tempore apud plures. ff. cōmo. l. si ut certo. s. si duobus va hiculum. ergo nullus alter haberet dominium: quod est falsum: ergo &c. Contrarium videtur. nam Christus cōmisit summo pontifici vices suas. vt habetur Matthæi. xvij. c. &c. xxvij. q. j. c. quodcunq;. Sed Christo data erat omnis potestas in celo & in terra Matthæi xxvij. ergo summus pontifex qui est eius vicarius, habebit hanc potestatem extra de transla. epis. c. quanto. ¶ Respondeo & dico q; potestas spiritualis debet dominari omni hanc creature per pposita. rationes quas Hostiensis induxit in summa qui filii sunt legiti. s. qualiter & a quo. Item quia Iesus Christus filius dei dum fuit in hoc mundo & etiam ab eterno naturalis dominus fuit: & de iure naturali in imperatores & quoscunq; alios depositionis sententia

Impator  
potestate ha-  
beta deo:  
sift & pa-  
pa.

Ratio ad potestatem extra de transla. epis. c. quanto. ¶ Respondeo & dico q; potestas spiritualis debet dominari omni hanc creature per pposita. rationes quas Hostiensis induxit in summa qui filii sunt legiti. s. qualiter & a quo. Item quia Iesus Christus filius dei dum fuit in hoc mundo & etiam ab eterno naturalis dominus fuit: & de iure naturali in imperatores & quoscunq; alios depositionis sententia

gas ferre potuisse & damnationis & quascunq; alias: ut pote in personas quas creauerat & donis naturalibus & gratuitis dotauerat & etiam conseruabat. & eadem ratione & eius vicarius potest. Nam non videretur discretus dominus fuisse: vt cum reverentia eius loquar nisi unicum post se tales in vicarium reliquisset qui hec omnia posset. Fuit autem iste vicarius eius. Petrus Matthæi. xv. ultra medium. Et idem dicendum est de successoribus Petri cum eadē absuditas sequeretur, si post mortem Petri humanam naturam a se creatam sine regimine vnius personæ reliquisset. argu. ad hoc qui filii sunt legi. c. per venerabilem ultra medium. De hoc nō sat Inno. in. c. licet de foro compe. Et ideo Bonifacius octauus mo Motiuus multis alijs efficacibus rationibus & exemplis & auctoritatib; Bonifaciis sacre scripture declarauit/dixit/ & definiuit subesse Romano octauo. pōfici omnem humanam creaturam de necessitate salutis: vt in Decretali: vnam sanctam. Extra uagati in titul. de maio. & obed. quā de verbo ad verbum in fine huius opusculi inserere curauit: quoniam elucidat & declarat materias huius quartę questionis. ¶ Vnam sanctam ecclesiam catholicam & ipsam apostolicam uirgente fide credere cogimur & tenemur: nosq; eam firmiter credimus & simpliciter confitemur: extra quam non est salus nec remissio peccatorum. Sponso in Canticis proclamante. Vna est columba mea: perfecta mea: vna est matris sue electa: genitrici sue que vnum corpus mysticum representat: cuius corporis caput christus: caput christi vero de: in qua est vno dñs: vna fides: vnicū baptismū. vna népe fuit tpe diluuij archa noe: vna ecclesia pfigurans: que in vno cubito conseruata vnum videlicet noe gubernatorem habuit & rectorē extra quā omnia subsistentia super terrā legimus fuisse deleta. Hanc autē veneramur & vnicā dicēte dño in Propheta. Erue a framea deus animam meam, & de manu canis vnicam meam. Pro anima enim id est pro seipso capite oravit & corpore: quod corpus vnicam scilicet ecclesiam nominauit: propter sponsi fidei q; sacramentum & charitatis ecclesie vnitatem. Hec est tunica domini inconsutilis que scissa non fuit: sed forte peruenit. Igitur ecclie vnitis & vnicē: vnum corpus, vnum caput non duo capita, quasi monstrum Christus videlicet Christiq; vicarius Petrus: Petriq; successor. dicente domino ipsi Petro. Pascoues meas. Meas inquit gñaliter non singulariter has & illas: p; quod communissime intelligitur sibi vniuersas. Siue ergo Greci siue alijs se dicant Petro eiusq; successoribus non esse comissos: fateantur necesse est se de ouibus Christi non esse: dicente domino in Ioanne: vnum ouile vnum & vnicum esse pastorem. In hac eiusq;

B. iiiij.



potestate duos esse gladios: spiritualem videlicet & temporalem euangelicis dictis instruimur. Nā dicentibus apostolis. Ecce duo gladij hic in ecclesia: scilicet cum apostoli loquerentur non respō. Qui i p̄tā dit dñs nimis esse sed satis. Certe qui in potestate Petri tempora te Petri tē lem gladium esse negat: male verbum attendit domini proferens poralē glatis. Conuerte gladium tuum in vaginam. Vterq; ergo in potesta diū esse ne te ecclesię: scilicets spiritualis gladius & materialis: sed is quidē pro gat: male ecclesia: ille vero ab ecclesia exercendus. Ille sacerdotis. is manu verbum regum & nūlītūm: sed ad nutum & patientiam sacerdotis. Opor dñi atten: tet autē gladium esse sub gladio & temporalem auctoritatē sp̄ti dīt.

tuali subiisci potestati. nam cum dicat Apostolus. Nō est potestas nisi a deo: quę autē a deo sunt: ordinata sunt. Nō ordinata essent nisi gladius esset sub gladio: & tanq; inferior reducere per alium iū suprema. Nam scdm beatum Dionysium: lex diuinitatis est in finia per media in supremare reduci. Non ergo scdm ordinem vniuersi omnia eque ac imediate sed infima per media & inferiora per superiora ad ordinem reducuntur. Spiritualis autē & dignitate & nobilitate terrenam quamlibet pr̄cellere potestatem oportet tanto clarius nos fateri, quanto spiritualia temporalia antecellunt. Quod etiam ex decimarum datione & benedictione & sanctificatione ex ipsius potestatis acceptance & ipsarum gubernatione claris oculis intuemur. Nam veritate testante, spiritualis potestas terrenam potestatē instituere habet & iudicare si bona non fuerit: sic de ecclesia & ecclesiastica potestate verificatur vaticinū dicare habet. Hieremie. Ecce constitui te hodie super gentes & regna: & cætera quae sequuntur. Ergo si deuiat potestas terrena iudicabit a potestate spirituali: sed si deuiat spiritualis minor, a suo superiori: si vero suprema a solo deo, non ab homine poterit iudicari: testante Apostolo. Spiritualis homo iudicat omnia: ipse autem a nemine iudicatur. Est autem hēc auctoritas & si data sit homini vt exerceatur per hominem non humanas sed potius diuina ore diuino data Petro suisq; successoribus in ipso Christo: quem confessus fuit petra firmata: dicente domino ipsi Petro. Quodcunq; ligauit &c. Quicunq; igit̄ huic potestati a deo sic ordinate resistit, dei ordinationi resistit: nisi duo sicut Manicheus fingat esse principia: quod falsum & hereticum iudicatur. Quia testante Moyse: Nō in principijs sed in principio deus celum creauit & terram. Porro subesse Romano pontifici omnem humanam creaturam declaramus/dicimus & definimus omnem esse de necessitate salutis. Datum Lateran. xliij. Decembris. pontificatus nostri anno octauo.

¶ Ad argumentum in contrarium respondeo. Ad primum cum dicitur q̄ iurisdictiones sunt distincte &c. dicit Hostiēsis sic. Ego iurisdictiones assero & vtrāq; a deo processisse: vt dicta aucten. quō oportet ep̄s. Tamen quanto altera magis deo appropinquat tanto maior: ergo sacerdotium maius. quod probatur ex ordine scripturę dictę aucten. Et sic intellige q̄ non multum discrepant sacerdotium & imperium. vt in aucten. de nō alie. & permuta. reb. ecclesię. §. si minus colla. ij. Non multum discrepant quo ad principium unde procedunt: sed multum discrepant quo ad majoritatem. Inde est q̄ caput episcopi invenitur, sed armis regis: & episcopus christi. rex oleo vt sciatur q̄ episcop⁹ est vicarius capitis nostri id est Iesu Christi. Et vt ostendatur quāta sit dñia iter auctoritatem p̄tificis & principis potestatem. extra de sacra vñctio. c. j. versiculo unde in veteri testamento. Et eodem modo respondetur ad secundam oppositionem. Et quod dicitur ante fuisse imperium q̄ apostolatum, hoc nō facit ad propositum: quia potestas non ratione temporis dicitur maior: sed ratione potius dignitatis. Nam & si Andreas primus venit ad fidem q̄ Petrus, prelatus est Andreas tamen Petrus Andreę: cum in apostolorum catalogo semper Pe: prius versus quasi p̄cipiuus premittatur: non q̄ Petrus sit prior siue posterior tempore sed potior dignitate. ¶ Ad tertium argumētum dico q̄ Petrus. q̄ licet vt supra dictum est omnis humana creatura subsit pape: & sic potestati spirituali: non tamen sequitur q̄ habeat dominū omnium rerum temporalium. Ad cuius declarationem est scendum q̄ est duplex dominū: est em̄ quoddā dominū iure diuino Dñis dei quoddā aliud iure humano. viij. distin. c. quo iure. Diuīnum do: ē duplex. minū est illud quod est apud deum supra omnem creaturā. Ipse enim deus creator est omnium vniuersorum: qui enim manet in eternum creauit omnia simul. Item in Genesi. c. primo. In principio creauit deus celum & terram. Et vide de hoc quod legitur & notatur. C. de summatrini. & fide catho. c. j. isto iure diuino. Dñi est terra & plenitudo eius. in Psalmo. de decimis. c. tua nobis. & dico. c. quo iure. Istud dominium est verum dominū simplex & absolutum: & unus est dñs omnium creaturarum deus: & ideo proprie loquendo omnes creature p̄prietates res & possessiones & bona alia in bonis nullius sunt vere absolute & proprie nisi dei. Circa quod dominū dicit Hostiēsis de voto. & vo. redemp. c. qđ super in magna glo. versiculo mihi tamen videtur sic. Mihi videatur q̄ in aduentu Christi omnis honor & oīs principatus & omne dominium & iurisdictio de iure & ex iusta causa per illum qui supremā manū habet/ nec errare potest, omni infideli substracta

fuerunt & ad fideles translata: quod hic iusta causa probatur. Ecclesiast. x. Regnum de gente ad gentem transfertur propter iniusticias & iniurias & contumelias & diuersos dolos. qd hoc factum sit probatur de consti. c. translato: & hoc in persona Christi filii dei viui: qui non solum sacerdos fuit sed & rex. Luce. j. Ecce cōcipes in utero &c. vsq;: & regni ei⁹ nō erit finis. Vnde & ipse dixit Matthæi. xxj. Auferetur a vobis regnū & dabitur genti facienti fructū eius. Huius autem regni & sacerdotij principatum perpetuum cōmisit filius dei Petro & successoribus eius. vt patet in eo quod legitur & notatur de homi. c. pro humani. libro. vj. &c. per venerabilem qui filii sint legi. & rationibus per totū: & maxime in versuculo finali. Et de tali dominio diuino dico qd omnis temporalis potestas est subiecta spirituali & debet potestas spiritualis potestati temporali dominari. Aliud est dominū quod secundum legistas vocatur legale dominū: & ita nominat Accursius. ff. de verbo & signis. i. recte. Secundum vero Canonistas vocatur humanum. vt in dicto c. quo iure. De isto legali vel humano dominio dicit Inno. sic. qd est ius quod ad aliquem spectat vel acquiritur de iure naturali: vt sunt dominia obligationes: & hmoi &c. innuens expresse qd rerū dominia & obligationes sunt de iure naturali id est de iure gentium. Non autē a iure ciuili vel imperatore vt actiones. vt. ff. de iusti. & iure. l. ex hoc iure. insti. de rerum diuini. fere. Ita notat Inno. de consti. c. que in ecclesiaturum. & Compostellanus dicit ibidem qd aiure gentium descendunt dominia. Sed per leges principum distinguitur modi per quos rerum dominia acquiruntur. ff. de acqui. re. do. per totum. & insti. de re diuini. per totum. & sic intelligit quod legitur. viij. dist. c. quo iure. Et sic concordant in hoc qd dominia sunt de iure gentium. Videtur mihi qd dominū rerum legale vel humanū fuit a deo collatum hūmanę creature, & nō fuit ab initio introductum iure gentium vel ciuili. Nam deus omnia que creauit feceravit feicit propter rationabilem creaturam: & omnia subiecit rationabili creaturę Geñ. c. j. Et sic reseruato sibi uniuersali & vero dominio omnium creaturarum huius dominij utilitatē concessit ab initio humanae creature quo ad usum: quod videtur intelligere Accursius. C. de iure do. l. in rebus super verbo naturaliter. vbi dicit qd iure prius meo non distinguebantur dominia nisi quantum ad usum &c. Vnde ante ius gentium oia fuerunt cōmunia quo usq; iure gentium usibus primorum parentum appropriarentur: vt unusquisq; quod suum esset sciret. Vnde lex dicit qd iure gentium dominia sunt distincta: nō dicit introducta. vt dicta. l. ff. de iustitia & iure. l. ex hoc iure. Cum enim iure gentium dividantur dominia: sequitur qd

De oia qd  
creavit feicit propter rationabilem creaturam: & omnia subiecit rationabili creaturę Geñ. c. j. Et sic reseruato sibi uniuersali & vero dominio omnium creaturarum huius dominij utilitatē concessit ab initio humanae creature quo ad usum: quod videtur intelligere Accursius. C. de iure do. l. in rebus super verbo naturaliter. vbi dicit qd iure prius meo non distinguebantur dominia nisi quantum ad usum &c. Vnde ante ius gentium oia fuerunt cōmunia quo usq; iure gentium usibus primorum parentum appropriarentur: vt unusquisq; quod suum esset sciret. Vnde lex dicit qd iure gentium dominia sunt distincta: nō dicit introducta. vt dicta. l. ff. de iustitia & iure. l. ex hoc iure. Cum enim iure gentium dividantur dominia: sequitur qd

ante diuisionem erant dominia cōmunia argu. ff. cōi. diui. l. iiiij. circa principium cum ibi notatis. Vnde ex concessione diuina utilitatis dñi causatur quoddam dñi legale vel humanū: quod respectu veri dominij diuini nō dicitur dñi sed in se consideratū dicitur verum. Istud vero dominū legale vel humanū prout erat in cōmuni non debet dici iuris gentiū sed diuini: prout vero cui libet appropriatur vel acquiritur hoc dominū sic consideratū est iure gentium. Et tale dominū non est apud papam tñ sed apud omnes qui iuste acquirunt: & ex quo semel acquisitum est non licet papē vel alicui alteri auferre vñ occupare sine iusta causa: quia esset contra ius naturale diuinū quo vnicuique dictum est: ne faciat alteri quod sibi non vult fieri. vt in principio Decretorū. & dñs dicit in Esdra. Ne transgrediaris terminos antiquos quos posuerūt patres tui. ix. q. j. c. nullus alterius. facit ad hoc. C. de cohorta. l. si quis libro. xij. Et hoc intelligo sine causa: quia ex iusta causa possit quis set aliquis priuari ab homine vel a iure tali dominio. ff. de religio. ex iusta causa & sump. fune. l. si quis sepulchrū. C. pro quis. cau. ser. libe. acce. priuari do per totum & ff. & C. de bonis damnata per totum. Vnde per hoc minio rei respondet ad argumentum qd quantum ad humanam creaturā suę. ram illa subest spirituali potestati: sicut dictum est. Sed dominia rerum aliarum sunt apud singulos qui iuste acquirunt: verum est de dominio legali vel humano. Sed dominū diuinum est apud deum. Nec est contradic̄to diuersisq; respectibus accepto dominio. Ad illa iura communia quę dicunt qd imperator est dominus mundi. ff. ad legem Ro. de iact. l. deprecatio. Respōde vt notatur C. de quadri. prescrip. l. bene a zenone.

**C**Finem hic capit utilissimus Tractatus magistri Petri Bertrandi Cardinalis Eduēsis de duabus potestatis: ecclesiastica scilicet & seculari. Impressus Parisij apud Ioannem du pre cōmorantem contra Collegiū Cluniaceū. sub signo diuini Sebastiani. Impensis vero Reginaldi Chaudiere bibliopolae habitatis in vicis sancti Iacobi sub intersignio hois silvestris,

